

diaconatus esset electus, dominus tamen Willelmus Remensis archiepiscopus, apostolice sedis legatus, electionem factam approbavit et confirmavit auctoritate metropolitana et legationis qua fungebatur. Cum ergo predictus electus pro susceptione regalium ad imperatorem proficisci disponeret, apud Nivellam, ubi gerebat prepositure dignitatem, consummatus in brevi in fata feliciter concessit, raptus veraciter de medio ne malicia immutaret cor eius, et ne amministratione suscepta, que vix aut numquam hac tempestate sine delicto aut lapsu geritur, aut anime sue maculam contraheret, aut opinionis sue integritatem obfuscaret. Sepultus itaque est in ecclesia beate Gertrudis virginis, quam dum viveret devotissime venerabatur, in choro maiori canonicorum ad gradum sanctuarii, quinque tantum elapsis ebdomadibus tribusque diebus a die sue electionis usque ad exequias memorande sue sepulture. Decedens autem ob memoriam sui sempiternam, altare de Wolua inferiori in usus fratrum ecclesie sue liberum assignavit Beatus qui ex inopinato²⁾ virorum istorum transitu nullam rebus mortalibus inesse constantiam edocetur, nec in lubrico rerum secularium, anchoram spei figit³⁾, ubi omnia generata velocius corrumpuntur, augmentata diminuuntur, alterata locis et temporibus transmutantur.

Der Schluss des Bandes ist dann von den verschiedensten Schreibern S. XIII. und XIV. benutzt worden, um noch Urkunden hineinzuschreiben. Es befindet sich jedoch keine kaiserliche unter denselben.

Lat. 12827. (SS. Germain 477).

Abschrift der Gesta epp. Cameracensium, gemacht im Jahre 1589 und zwar nach dem jetzt verlorenen codex 2 (cf. SS. VII.) wie der Text in I. 20 und die Lücke III. 48 (l. c. p. 483 n. a.) beweist. Zu cap. 59 (p. 488) stehen ebenfalls die Worte: Anno 1148. 8. Idus Sept. — perierunt. In dem Briefe des Gerardus steht folgendermassen: quasi te (p. 489.) Hic desunt aliqua nec tamen regie congruit persone inpu gnatores hactenus pacis familiares habere et eos, per quos viguit abiicere.

Dann folgen gleich die Gesta Lietberti, in Kapitel mit Rubriken abgetheilt, die mit den von Bethmann adoptirten nicht harmoniren.

1) efficaſt *cod.*

2) opinato *cod.*

3) fugit *cod.*